NICOLAUS DE LYRA

Salzburg/Bayern, 1450

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

diluculo surrexisset scilicet senna-
cherib ut iret in obsidendo
ierusalem vidit omnia corpora
mortuorum. Dicunt hebrei
quod corpora fuerunt inuenta
cum sarcinis et vestibus
intactis ita quod populus Ezec-
hie potuit spolia de facili
colligere et sine cadauerum
fetore et in hoc concordant
verba ysaie ix° capitulo et 20°.
Et reuersus est sennache-
rib cum paucis qui rema-
serant confusibiliter et igno-
miniose. Cumque adoraret in tem-
plo etc. filii eius percusserunt
eum. Dicunt aliqui quod hoc fuit
quod ordinauerat assaradon
regnaturum post se istis du-
obus post positis, et sic de-
siderio regnandi interfecerunt
eum. Sed hoc non videtur conso-
nare quod subditur fugerunt
que in terram armenie ideo et
ideo non videtur quod interfecerunt
cupiditate regnandi post
eum et io. Ra. Sa. aliam causam
assignat dicens quod principes
regni sui erant turbati contra
eum eo quod filii eorum et amici
erant mortui modo predicto
propter eius superbiam et blas-
phemias contra deum israel propter
quod tractabant de morte
ipsius quod cum ad eius aures
peruenisset intrauit templum
dei sui orans et promittens
quod si hoc periculum euaderet
in eius honore duos filios
suos predictos sacrificaret et
intelligentes, eum interfecerunt

ne ab eo interficerentur et hoc
dictum satis consonat littera in qua
dicitur Cumque adoraret in templo
etc. filii eius interfecerunt
eum etc. Capitulum XX.
In diebus illis etc. Hic conse- 20
quenter describitur ezechie mi-
rabilis sanatio. Et primo
huiusmodi sanatio describi-
tur, secundo hoc sequens elatio
reprimitur ibi In illo tempore
Circa primum premittitur mor-
tis imminentis denunciatio.
Secundo eius dilatio ibi qui conuer-
tit. Tertio mirabilis sanatio ibi
Dixitque ysaias. Circa primum
dicitur In diebus illis egro-
tauit ezechias usque ad mor-
tem quia per viam nature
non poterat euadere. Dicunt
autem aliqui quod hec infirmitas
contigit ezechie eo quod non red-
diderat gratias deo sufficienter
de percussione sennacherib
exercitus. Sed hoc dictum im-
probat Ra. Sa. per quod ysaias
dixit supra proximo de manu
regis assyriorum liberabo
te et ciuitatem hanc. Ex quo
patet quod percussio exercitus
sennacherib fuit post in-
firmitatem ezechie et non
ante. Dicit igitur quod hoc ei
accidit eo quod noluerat ac-
cipere vxorem quod tamen facere
tenebatur ut linea dauid in
regno per ipsum continuetur
propter quod quasdes accepit
vxorem de qua genuit
manassen, et huic dicto
concordare videtur littera sequens